



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De adbæsione quieta qua Deo vnimur per spe[m]. XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

Dei, scilicet vt illi placeamus, accepti & chari efficiamur, tunc amor est verus. Similiter fundamentum patientiæ est desiderium patiendi propter Deū omne, quod possibile est hominem sustinere: similiter est videre de fundamentis aliarum virtutum. Et tunc iste amor se manifestat, quando homo in actuali tolerantia seu passione requiem inuenit, & hoc propter Deum, sicut Laurentius super prunas iacens, dicebat: *Isti carbones mihi refrigerium præstant.* Ardor enim amoris patiendi pro Christo magnus erat in corde ipsius, & refrigerabatur per præsentem tolerantiam, in eo quod desiderium suum adeptus fuerat, hoc est, pati pro Deo.

CAPVT XXVI.

De adhesionē quietā, quā Deo vnimur per spem.

Tertio consurgimus, & Deo vnimur per adhesionem quietam, solidatam anchora spei, vt scilicet quis omnem tam moralem quā spirituales exercitij motus, omnemque internæ suauitatis (etiam diuinitus infusæ) sensibilem saporem, velocitate intentionis & dilectionis penetrabili acumine transcendat, & in Deo tanquam in motus sui finali termino immobiliter quiescat. Nam quando homo se-
lectat

DE MORTIFICAT. 307

leuat supra omnem creaturam, supra semetipsum, & supra omnia dona Dei, & in dilecto amore viuifico requiescit, illic anima in Deo, & Deus in ea manet, & amoris complexu vicario requiescunt. In his ergo præfatis tribus punctis propriè consistit cōsurrectio vitæ actiuæ, quia omnes morales virtutes & virtuosa opera, & etiam exercitia exteriora & interiora, per ista ordinantur, purgantur, nobilitantur, & in merito augentur. Cum ergo peruenerit homo ad rectam intentionem, ad actuosam impellentem amorem, & valet se supra omnia eleuare, in solo Deo requiescendo, ornatus moralibus virtutibus, tunc ad veram vitam actiuam peruenit. Hæc igitur est precipua pars de spirituaki profectu ad laudem Dei.

F I N I S.